



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Praecipvarvm In comitiis
Ratisponensibus tractataru[m], & quibus nunc
potissimu[m] exagitur Christi fides & religio, diligens, &
luculenta explicatio**

Pighius, Albertus

Parisiis, 1549

VII. De Communionem sub vtraq[ue], aut altera specie.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29467

DE COMMV-
NIONE SVB VTRAQVE,
aut altera specie, contro-
uersia VII.



Amdudum, in vniuersam Latinam
ecclesiam, ritus sub p anis tantum
specie laicos communicandi sacro
sanctum illud, & viuificum Chri-
sti corpus, receptus fuerat: non e-
quidem ex vlla institutione, aut
synodali, aut ecclesiasticæ hierar-
chiæ præsidis Romani pontificis,
(quæ nullum huic rei inuenitur de-
disse initium) sed ex interno quo-
dam consensu Christi fidelium, atque orthodoxorum præ-
salum: qui considerantes, hinc, nullam esse necessitatem, lai-
cos communicandi sub vtrâque specie, nulla vtilitate frau-
dari eosdem ex subtracto vsu calicis, quin potius, eandem
ipsis plenitudinem exhiberi spiritualis gratiæ sub vna pa-
nis specie, sub qua integer Christus est. Inde verò, consue-
tum eatenus ritum communicandi sub vtraque specie, non-
nullis simplicioribus occasionem fuisse infidelitatis, & pe-
ccati scandali: vt ex quo imaginabantur, sub specie pa-
nis, solum corpus, velut ex angue cadauer quoddam, & sub
specie vini, solum sanguinem Christi contineri, non verò
sub vtrâque, Christum integrum. Qualis etiam nunc apud
Boemos pleròsque, vtriusque speciei communionem, ve-
lut necessariam sectantes, fertur esse, impia & catholicæ ab-
initio ecclesiæ fidei orthodoxæ contraria opinio. Quæ etiam
Luthero nunc placere incepit, quemadmodum, contra Epi-
scopum Misnen. palam fecit. Tametsi, cum assertiones illas
suas scriberet, hac in re orthodoxè & nobiscum sentiret. Et
præterea contingeret, vt Christi sanguis sub specie vini, irre-
q iiii uerentius

*Vt intro-
ductus sit
in Latinâ
ecclesiâ v-
sus comuni-
candi lai-
cos sub pa-
nis tantum
specie.*

uerentius effunderetur in terrā: nec seruari posset facile sub specie liquoris eiusmodi, nec deferri ad communionē infirmorum quorumuis, quouis loco & tēpore. Ad hæc, apud nationes plurimas, vini raritatem, ad communionem omnium non sufficere, communi quodam consensu, velut suis iurisdictione sacro spiritu, apud omnes pene orthodoxæ ecclesiæ Episcopos & sacerdotes receptum est, vt sub panis tantum specie Eucharistiam exhiberent laicis.

Vt per Io. Hus. & Hier. praegen. eadē consuetudo in controuersia reuocata sit.
Vt controuersia definitionē ecclesiasticæ hierarchie præsidis, & vniuersalis consilij constantiē. decisā fuerit.

Quod cum magno consensu, magna etiam laicorum omnium pace, & concordia obseruatū esset sæculis aliquot (æque enim certū vllum eius obseruationis inuenitur initium) & tandem à Ioāne quodam Hussita, & Hieronymo Pragæ, apud Boëmos (quos plurimos pertraxerāt in consensum sui erroris & perfidiæ) primū reuocaretur in questionē & controuersiam, deinde & damnaretur, velut Euāgelio Christi, & Christi ordinationē, ad apostolicā, cathedrā, & ecclesiasticā hierarchie præsidis, vnā cum sacerdotali ex vniuersa Christi ecclesiā, secum eo tempore Constantiæ cōgregati concilio, iudiciū ac definitionem, relata est. Quid definitū, in consuetudinē eiusmodi, esse licitam, decentem, & rationabilē nec immutādam, sed districte obseruandam, quibus locū obtinuerat, & sæculis aliquot eatenus obseruata fuerat, inuadentes eos vt hæreticos, qui eiusmodi consuetudinē impugnanter pergerent, & damnarent vt illicitam, & Christi Euāgelio contrariam. Et sacerdotibus sub anathemate interdixit, præter eandem iam apud se receptam consuetudinē, populū sub vtraq; specie communicare auderent. ceteros nihilominus, apud quos ea non obtinuerat suæ consuetudinē, certe liberati, permittentes.

Definitio illi absque vltiori obsequens oratione.

Quod si, vt est, à deo præceptum est, vt subortas inter nos quaestiones, & controuersias eiusmodi graues & difficiles, quibus, inter nos alioqui conuenire nō potest, referamus ad præsidem cathedræ, & sacerdotale concilium vnā secum conueniētiū domino: si, vt facit, nos securos reddidit, quod nos indicabunt iudicij, aut quaestitæ controuersæque rei veritatem: si præcepit, vt agere debeamus iuxta verbum, quod si annunciauerint nobis de loco quem elegit dominus, quod si obseruemus sollicitè ac diligenter, facere iuxta omnia quae nos docuerint, & siue ex verbis legis orta sit illa quaestio, an

biguitas & cōtrouersia, vt tūc iuxta verbū legis quā illi nos docuerint: siue aliu de pendeat difficultas negotij deducti in iudiciū, vt etiam tunc qualecūq; illi de eodē dixerint, aut protulerint iudiciū, id ipsum indiscussē sequamur, nihil amplius nostro in eo reseruātes iudicio: si iussit ille, vt nō declinemus ab eo, quod iidem illi aut docuerint, aut dixerint, seu ad dexteram, seu ad sinistram: quid in re iā definita, ac certa cōtrouerti adhuc opus est? Dixerūt illi, Hufsira, & Pragen. pognare eam (quam & hi nunc damnant) consuetudinē cum Christi euangelio: contra negabant alij, apud quos ea cōsuetudo lōgo tempore inualuerat: deducta tandē est, quō oportuit, hac quæstio, & cōtrouersia ad iudicium prædicis cathedre apostolicæ, & sacerdotum, non solum secū in eadem seruentium domino, sed etiam omnium, qui ex vniuersa Christi ecclesia euocati cum eodem conuenerant. Definierūt illi & protulerunt iudicium. Quin hoc sequimur? Quid iterum inquietamus orbem iam semel definitis quæstionibus? Quōd si in hunc modum faciēdum est, redibūt Arrius, Macedonius, Nestorius, & vniuersa hæreticorum olim damnata colluuiēs reuocabitur ab inferis. Dicunt isti, Christi verbis sententiam suam altrui: idem & illi, de suis impiis opinionibus dicebāt. Nos dicimus contra, non recte ab ipsis scripturas intelligi. Quid igitur? Aequū ne cēsēt, vt sibi qualibus qualib; certe paucissimis, si ad cōtra sentiētes cōferantur, indignissimis, q̄ ad illos cōferantur: credamus nos? Quōd si in domo, aut ouili catholice ecclesie necessaria est fidei vnitas, & cōcordia: & propterea penes pastorem & rectorem eius, vnā cū delecto concilio, istiusmodi subortas in eadē cōtrouersias definiēdas (quem admodum suprā, & alibi demonstrauimus) esse debent, & à deo cōstituta sit, & ab vniuersa ab initio Christi ecclesia recognita, autoritas: quid iam eadē autoritate definitis nō acquiescimus? Quid nō sequimur? Mirum sane quōd non perpendant, aduersus ipsos quid adiecerit dominus, q̄d de ipsis mandauerit his qui portant gladium. Si quis autem, inquit, superbierit, aut contumaciter egerit, nolens obedire imperio sacerdotis qui præest cathedræ, & in ea pro tēpore ministrat dño deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes, eliminabisque malum de Israël, aut de ecclesia, quo omnes de populo audiant, & timeant: & ne quis amplius aduersus sacrosanctam autoritatem, quæ cōseruādæ

vnitati

DE COMMV. SVB VTRAQVE SPECIE

vnitati & concordia in ecclesiastica domo prorsus est necessaria, agat superbè & contumaciter. An cuiquam parum malivideretur, ad appetitum quorundam hominum, in hunc modum perpetuo agitari, vexari, turbarique Christianam reipublicam? nihil permanere in suo ordine? nihil stare loco suoque quenque contumaciter & liberè se efferre aduersus potestatem subliorem, dei ordinatione sibi propositam? sibi vsurpare quod est alterius? breuiter, diuina humanarum misceri confundi que omnia? An cui hoc malum spectare non videtur ad Christianam reipublicam, atque adeo religionem nostram interuersionem & exterminium? Quis enim huic malo modus erit, quis finis, nisi qui gladium portant, sui officij meminerint, hoc ipsum auferant è medio ecclesie: quod præsidis, rectoris, & pastoris eius à Christo nobis constituti, ab omnibus sancta recognoscatur autoritas? Habent nouæ huius doctrinæ antistites astrictos sententiæ suæ aliquot magni nominis, quibus persuaserunt, principes, habent ciuitates imperiales & respublicas, quæ istorum se crediderunt sententiæ: & in dies gliscit malum, & augetur numerus. Ipsi, in his, agunt sicut negotium, vt quorum pars magna, qui sint, omnibus notum est: vniuersos certe hoc spectare, se in hac rerum confusione, hoc turbine, obseruari à viris magnis & principibus, parum suæ, atque alicuius fieri, qui rebus pacatis efuriret negligens, & inglorij, facile quiuis intelligit: & propter hoc in animo duxisse, nulli cedere, nulli credere, nulli hac in re deferre iudicio. Quod qualescunque, & à quibuscunque; aduersus illos præsumitur, semper impugnabunt, semper calumniabuntur, vt iniquitate Christi euangelio contrarium, & quod salua conscientia qui non poterunt: vt semper fecerunt hæcenus, vtque semper facturi sunt. At contra, nobis non videtur vt sequamur illos: vt deferamus quod accepimus à maioribus: vt aliam hanc profiteamur, quam dudum didicerimus in catholica ecclesia: præsertim quam certò vidimus toto orbe tenuisse orthodoxos omnes ab initio: à qua, nullis cauillis, nullis rotunculis, nulla scripturarum apparentia, nullius autoritatis, etiam si omnes in vnum nunc contra starent, contra docerent apostoli, etiã si angeli de cælo, nos abduci sinemus, sed etiam sanguine parati sumus eandem asserere. Quis in hunc modum dissidentes nos conciliabit in vnum: si nulla sit, ad quam hoc deferri oportet, & cuius iudicio indiscusse, & simpliciter obsequi

seg. autoritas? Quis erit huius tragœdiæ, nisi funestissimus, calamitosissimus, & toti tandem Christianæ reipublicæ exitiosissimus exitus? Si autoritatem aliquam his in rebus superiore se profiteatur agnoscere, illam proferant. Hoc tamē meminere, ut paratam omnibus aliquam, aditu consultūq; fidem proferant. Cū istiusmodi incidentium controuersiarum quotidie locus incidat: & mox restringi eas componique oporteat; cum alioqui crescant & exeant in perniciosum dissidium. Proferant tamen quam voluerint. Præsidentem rectorem & pastorem Christiani ouilis (quem Christus instituit) Petrum, & qui locum eius pro tēpore obtinet, recusant: ergo nominent alium. Si imperatorem dicant: tametsi ille modum suum non ignoret, eius tamen, euidentiæ & certitudinī causæ nostræ confidentes, non recusabimus iudiciū: modo sincere profiteatur, simpliciter & absque tergiversatione eius se secuturos sententiam, & iudicium. Si concilium vniuersale dixerint: iam dudum in vniuersali concilio Constantien. definita est hæc controuersia, Quid ergo non sequuntur? Si dicant illud non celebratum legitime, quia contra euangelium damnata est eorum sententia. Hoc ipsum erat quod tunc cōrouertebatur. Affirmabant Hussita, & Pragensis, aduersari euangelio, communicare sub altera tantum specie: contra dicebant ceteri: & definitum est ex totius orbis concilio in nostram sententiam. Et quod obsecro concilium agnoscent, ut legitime celebratum, si quod illorum forte condemner sententiā? Eius velim nobis notas prius explicent, ne post iudicium, illud ipsum, ad suum iudicium reuocent. Et in primis, apud quem, aut quos, eius indicendi, & loci eius, temporisque constituendi, & qui, quantōue numero conuenire debeant, erit autoritas? Romanum pontificem non agnoscent, ergo suo arbitrio alium proferant. Si imperatorem dixerint, intelligunt opinor, non ex vna Germania, sed etiam ex Italia, Gallia, Hispania, Anglia, Scotia, Hungaria, Polonia, Dania, Suetia, Noruegia, breuiter ex vniuersa Christiana ecclesia conuocari oportere ad œcumenicū aut vniuersale concilium. At conuocante Imperatore, ut huiusmodi, Galli, Hispani, Itali, Angli, Scoti, Hūgari, Poloni, & ceteræ quas enumerauimus nationes; quæ Imperatoris autoritatem non sequuntur, nequaquam conuenient. Apud quæ igitur? Si ex communi concilio & autoritate Christianorum princi-

principum hoc ipsum indici voluerint? hoc ante explicandum, an omnes principes intelligant, an aliquos tantum, & quomodo quo numero: & nobis demonstrat, qua auctoritate, apud hoc (præcipue si definitum numerum aliquem protulerint) populus, eius rei sit auctoritas. Si apud omnes, nemo non intelligat, nunquam locum fore alicuius concilij, ad cuius indicationem tam multorum requiratur consensus & auctoritas, qui in se in hoc nunquam conueniret inuicem. Certè, ante indicationem concilij, opus foret, omnium totius Christiani orbis principum concilio in quo, ex communi auctoritate & cõsensu decerneretur celebrandum, indicendum quæ vniuersale concilium. Et quis conuocabit hoc præambulum concilium? Ad cuius vocantis auctoritatem vocati conuenient?

Ad hæc ante nobis explicet oportet, quibus omnibus videntur esse locum suffragij in istiusmodi concilio, & an vniuersum hoc, penderet ex auctoritate, & arbitrio indicentium, ita vti præteritum nemo posset conqueri. Quam denique formam, quomodo, aut ordinem obseruari vellent in celebrando istiusmodi concilio? Num Babylonicum aliquod, a cephalum, in ordine, sine præside? an decenter ordinatum, in quo vniuersi præsidis omnia moderantis, vt in legitimis conciliis solet, ab omnibus sit agnita auctoritas? & quam talem auctoritatem proferent, cui vniuersæ Christiani orbis nationes deferentur, & debeant? Non existimo ipsos aliud concilium agnituos pro legitimo, nisi in quo Lutherus, cum Philippo, suisque stipatoribus, iudices sedent, pronunciatum de Romano pontifice, & vniuersæ, quæ eius auctoritate sequitur, Catholica Christi ecclesia. Tamen quæcunque voluerint, nisi ante nobis clarißimis verbis descripserint, nullum celebrabitur concilium, aduersus quod, postquam celebratum foret, & secus quam ipsi vellent, pronunciaßet, non multo plures, quibus eius auctoritatem, vt minus legitime celebratum, impugnarent, inuenturi sunt, quam aduersus iam dudum celebrata concilia, quibus eorundem iam olim est damnata sententia.

Sed facessant hæc tergiuersationes, hæc impietatis subrepticia, quæ perniciosissimæ dissensionis licentiam introducunt in ecclesiam. Agnoscamus necessariam auctoritatem, quam deus in eadem instituit. Quæ semel per eandem definita sunt, sequamur simpliciter, nec sine fine reuocentur in questionem & controuersiam. Si quid noui incidat, id quoque referatur

referatur ad eius definitionem & iudicium. Cuius, si quis cōtempor fuerit meminerint principes, quę sui sunt officij, quateratur malum de medio ecclesię, & ceteri discant sacrosancam auctoritatem non cōtemnere. Ita inter nos erit pax & concordia: ita inter nos erit Christus, cuius in pace locus est, qui & hostibus nostris superiores nos, & formidabiles faciet.

Iamdudum puto sibi de nobis persuadēt aduersarij, quod declinemus vim, & efficaciam argumentorum, quę aduersum nos afferunt.

De quo ne multum gloriari debeāt, mox intellecturi sunt. *Rationes*
 Er quo com isdem agamus compendio, omnium summa, *aduersa-*
 vis & efficacia, ex hoc vno pendet principio. *Quod Chri-*
 stus ita instituerit, ita pręceperit, vt omnes & de pane illo *neccesitate*
 mystico ederent, & de calice biberēt. Cuius pręceptum tol- *communio*
 linationem immutari ab hominibus, nefas sit. Quod sic *nis sub v-*
 niteutum, sic pręceptum à Christo fuerit, primum ex Mat- *traq; spe-*
 thæo, deinde ex Paulo comprobant. *cie.*

Apud Mattheum in hæc verba legitur. Cœnantibus autem accepit Iesus panem & benedixit ac fregit, deditque discipulis suis & ait, Accipite & comedite, hoc est, corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus, noui testamenti, qui pro multis effundetur, in remissionem peccatorum. Hic nos admonent, vt animaduertamus pręcepisse dominum, vt de pane, ita & de calice, vt ex eo omnes biberent.

Paulus vero Corinthiis suis ita refert accepisse se à domino, atque ipsis etiam tradidisse. Quoniam dominus inquit, nos Iesus Christus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit. Accipite & manducate. Hoc est corpus meum, quod pro vobis traderetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam coenauit, dicens. Hic calix nouum testamentum est, in meo sanguine. Hoc facite, quotiescūq; bibetis in meam cōmemorationem. Quibus tradi annotant ab apostolo, Christū verbis pręcepti vsū, & quę de calice, ac de pane illo mystico.

His addunt, ita adhuc vsitari apud Gręcos, & olim etiam apud Latinos eundem vsū obtinuisse, pręterque testimonia confirmant.

Ioannes ille Hussita, & Hieronymus Pragensis, qui primi

DE COM. SVB VTRAQVE SPECIE

authores fuere istius sententiæ, & quos, hi duces præcep-
resque secuti sunt, ex verbis Christi apud Ioannem appa-
rentius aduersum nos argumentum proferunt. Nisi, inquit,
manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sa-
guinem, non habebitis vitam in vobis. Si vita negatur, non
bibentibus Christi sanguinem, æquè, vt non manducantibus
eius carnem, vtrunque necessitas est, & comere, & bibere.
Comeditur autem Christi caro, & bibitur eius sanguis, ut
speciebus panis & vini in Eucharistia: Vtrunque ergo spe-
ciem communicare, necessitatis est. Sed hac ratione, non
non perurgent nostri aduersarij: quòd verba illa Christi
apud Ioannem, non putant pertinere ad sacramentum Eu-
charistiæ.

Responsio. Nunc videamus, hæc, in se, quid veræ soliditatis habeant
& num quem merito vel tantillum mouere debuerint, ad-
uersus definitionem hierarchiæ ecclesiasticæ præsidis, mi-
cum sacerdotali totius orbis concilio. Et ante omnia, roga-
tos velim aduersarios, vt nobiscum diligenter expendat ver-
ba Christi, vt ea plenius, velut sibi ab eodem reuelata, re-
fert Apostolus.

Demöstratur, vt ex Christi in- fert Apostolus.

stitutione Dominus, inquit, noster Iesus Christus, quæ nocte traditus
necessaria batur, accepit panem, & gratias agens fregit & dixit. Acci-
non sit cõ- pite & manducate. Hoc est corpus meum, quod pro vobis
municatio tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter
laici popu- & calicem, postquam cœnauit, dicens. Hic calix nouum tes-
tamentum est in meo sanguine, hoc facite, quotiescunque
que specie. bibetis, in meam commemorationem. Quotiescunque enim
Expendun- manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem disci-
tur verba mini annunciabitis donec veniat.

Christi, vt Hic nobiscum notent verba, & signent mysteria, & ad-
referuntur lam prorsus de eorundem & Christi vera sententia, dubitatur
a Paulo de di occasionem inuenient. De pane dicit. Accipite & mandu-
cena domi cate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc fa-
nica. cite in meam cõmemorationem. Non dixit. Accipite & man-
ducate hoc corpus meum, in meam cõmemorationem. Sed
hoc facite in meam commemorationem. Non negabat in
re tanta æterna illa pei sapientia, sed quodque ab eo hic pre-
latum verbum suam energiam & efficaciam habebat.

Iussit primum simpliciter accipere & manducare: iussit de-
inde, & facere: iussit, inquam, accipere & manducare, & postea

tunc presentis temporis erat) panem illum viuum, & viuifi-
cum, consecratum in suum corpus: quo, tum, illos commu-
nicabat tantum. Iussit deinde, etiam hoc facere in sui memo-
riam, hoc ipsum videlicet, quod eum tunc facientem vide-
bant: nempe, etiam consecrare panem in ipsius corpus, &
Christi fidelibus eundem accipiendum manducandumque
distribuere: quod est sacerdotalis officij, & tempus futurum
respiciebat.

Ergo plane est certum & euidens, non ad Christi fidele
sacerdotes
pertinere
verba illa
Christi in
cena no-
uissima.

Quod ipsum, cum etiam Ioannes ille Hus primus, vt dixi,
in hoc aduersariæ sententiæ, & in hodiernum vsque diem
non sectatores Boëmi omnes ingenue cõfiteantur: nec quif-
quam modo Christianus, negare poterit: fateantur quoque
necesse est, illa Christi verba nihil pertinere ad Laicos: vt
quos, vna nobiscum, confitentur, non posse hoc facere,
quod Christus iisdem illis quibus loquebatur in sui commemo-
rationem præcepit facere: hoc ipsum videlicet, quod illic
Christus fecerat nempe, consecrare panem: in eius corpus,
& fidelibus manducandum distribuere.

Proinde, Hussita ille, libello quem Constantiæ de sacra-
mento Eucharistiæ, edidit, quo suam de eadem explicabat
sententiæ & sententiam, habet in hæc verba. Quum, inquit, di-
xit Iesus in cœna. Hoc facite in meam commemorationem,
intendat, quare sacramentum institutum est: maxime pro-
pterea, quod est commemoratio: debet enim sacerdos, hoc
venerabile sacramentum efferre, & Laicis deuote dare, ac
sumere in cõmemorationem domini Iesu Christi. Haftenus
ille. Ex quibus est euidens, vt & ipse intellexerit, proprie sa-
cerdotibus dictum à Christo. Hoc facite in meam commemo-
rationem: atque, iisdem, hæc tria in eis præcepta. Primum,
vt hoc sacramentum offerant: deinde, vt Laicis ipsum mini-
strent: postremo, vt & ipsi vtantur eodem. Et hæc tantum de
panis specie dicta sunt.

De calice autem vide, vt Christus non iisdem, sed aliis sit
Perpedde
verba
Christi de
calice.

Similiter, inquit, & calicem postquam cœnauit dicens, calice.

*Ad solos
sacerdotes
pertinere
verba illa
Christi in
cena no-
uissima.
Hoc ipsum
etiam à Io-
anne Hus
aperte
confiteri.*

*Perpedde
verba
Christi de
calice.*

Hic calix, nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc cite quotiescunque bibetis, in meam commemorationem.

Non hic præcepit iisdem, quanuis discipulis, & qui sacerdotes nobis referebant, simpliciter bibere, sicut præcepit manducare de pane, sed quotiescunque, inquit, bibetis, hoc facite in meam commemorationem. Proinde etiam sancti sacerdotes, & Episcopi, in mortis articulo, cum ipsi non possent iuxta suum officium consecrare, & offerre deo immaculatam illam hostiam, sed communionem acciperent de manu alterius fere non leguntur, nisi sub panis specie tantum, accepisse illud viaticum, & non bibisse de calice: velut dicitur intelligentes, ex Christi præcepto, nec ipsis hoc faciendum, nisi cum ex officio suo hoc facerent, quod fecit Christus, & que ipsis etiam faciendi potestatem constituit:

Nihil est in dictis Christi verbis contortum, obscurum, & se dissidens, sed sibi, & nostræ sententiæ planissime consonum omnia. Sacerdotalis esse officij, hoc peragere, quod in hac illa cœna fecit Christus, panem in corpus suum consecrare, atque illis distribuens, planè indubitatum est & confessum, etiam ab aduersariæ sententiæ autoribus, & sectatoribus. Quibus autem ibi dicitur à Christo, accipite & manducate, iisdem etiam dicitur, ut & ipsi idem in eius commemorationem in futurum facerent. De calice autem nec hoc apertè quidem (secundum ea quæ apostolus affirmat se accepisse à domino) præceptiue aut imperatiue dictum est existere, ut biberent, sed quasi relictum hoc in eorum arbitrio nisi quando, ut dixi, ex officio conficerent, & offerrent, illam sanctam, & immaculatam hostiam.

Expenduntur verba eadē Christi, ut non nihil diuersimode referuntur à Matthæo. Nec his contradicit quod Matthæus affirmat, etiam per recto calice dixisse dominum. Bibite ex hoc omnes. Præter quoniam pertinuisse hoc solum ad actum illum præsentem, & calicem, quem tunc bibendum propinavit & exhibuit, præter haud incongruenter intelligi non vero ad normam præfixam celebrando deinceps, & in futurum sacro sancto mysterio. Quam apostolus, ad instruendos Corinthios, & in uersam in eis ecclesiam, ex ipso, quod testatur, Christi uelatione, clarius explicat. Deinde ut pertinerent etiam illi normam præfixam celebrando deinceps, atque in futurum illi mysterio, nihil ex eisdem conuinceretur aliud, quam sacerdotibus etiam communionem calicis à Christo necesse

quo impositam, quando iuxta suum officium, Christi illam coenam nobis referunt: Cum illa Christi verba, ut demonstravimus, necessario exigant, & conuincant, quod ad solos sacerdotes pertineant.

Vnde ego nobis illud Christi præceptum proferet, de imitando Laicis vsu calicis? Certe ex illis verbis quæ ex Mattheo & apostolo referunt, statui hoc non posse, iam certissimum atque euidentissimum fecimus.

Proinde quos locos nostri citant, quibus ostendant etiam Christum ipso die resurrectionis suæ, sub panis tantum specie communicasse duos illos discipulos in Emaus, & apostolos, illos suos fideles, in illa Hierosolymitana ecclesia, quos commendat Lucas in hoc, quod erant perseverantes in doctrina Apostolorum, communionem & fractionem panis, nulla facta mentione vini, aut calicis, frustra conantur eludere per synecdochen. Quod veterum cõmunis sit ea sententia, de sacramenti distributione locos illos intelligi, constat nos obsecramus aduersarij. Quod de sola fractione ac distributione panis loquantur, ipsa verba demonstrant. Quod intelligendæ synecdoches nulla sit necessitas, iam demonstratum est. Cum nullum sit Christi institutum, nullum præceptum, ut populo distribuatur utraq; species. Imò quod ipsa Evangelij verba non admittat, sed excludat eiusmodi synecdochen, quis ea diligenter perpenderit, clare intelliget. Refert Evangelista Christum ipso resurrectionis suæ die, duobus discipulis in Hierosolyma in Emaus castellum euntibus, se adiunxisse veluti itineris comitem, tentos autem impeditosque, oculos eorum, nec ipsam agnosceret, donec intrans cum eis, & vnà recumbens, acceptum panem ipse benedixisset, atque illis porrexisset quemadmodum & in sacra cœna fecisse legitur. Quo accepto, velut illius viuifici panis virtute, apertos oculos eorum, ut eum agnoscerent. Ipsum vero, iam tum, subito disparuisse ad eum. Quis ergo hic locus relictus est calicis? Puto, non dicere benedictum illum panem distributum fuisse calicem: In accepto autem pane, & illis oculi aperti sunt, & continuo Christus disparuit. Non est ergo ventum ad calicem.

Itaque cum nullum sit Christi institutum, nullum præceptum, ob quod oporteat vsum calicis esse cõmunem Laicis, cum Christi & apostolorum in illa sua recens nata ecclesia exemplum habeamus, de distributo illo pane benedictio &

*Exemplum
Christi
apostolorum
subscribere
sententiam
de cõmuni-
mune
populi
sub
panis
tæ
tum
spe-
cie.*

*Etiã hic
agnoscitur
Eucharistia
ex opere
operato.*

*Cõclusio,
cum epilo-
go prædi-
ctorum.*

DE COM. SVB VTRAQVE SPECIE

viuifico sine calice. Cùm certum sit integrum Christum
 omni suæ gratiæ & benedictionis plenitudine, & dari & acci-
 pi in vna panis specie, nec quicquam plus accipi sub vtraque
 quàm sub altera specie, nec fingi possit, quicquam spiritua-
 lis aut medicinæ, aut alimonix deperire fideli populo, ac
 subtracto vsu calicis. Quid hic habent aduersarij, quo calici
 niari possint definitionem ecclesiasticæ hierarchie præfide-
 & vniuersalis concilij, probantem, introductam receptam
 à multis seculis cõsuetudinem, de cõmunicando populo sub
 panis tantum specie: eamque aut immutari, aut impugnan-
 vetantem? Quid? ob quod tam pertinaciter contendunt con-
 nare, quod à totius orbis sacerdotali concilio approbatum
 est: abrogare, quod iam olim vt licitum, decens, sanctum in
 tribus maioribusque nostris, viris grauibus, sapientibus, pi-
 giosis, & quibus non paulo quàm nobis, sincerior ac diligentius
 fuisse religionis studiũ, & suæ salutis curam, vtrorumque
 fructus & opera testantur, receptum est? reuocare quod in
 multis seculis abrogatum est? Quæ est hæc nostræ religionis
 indignitas & cõtumelia, si in hunc modum ad vnius, aut
 terius priuati, pertinacis, furiosique hominis appetitum, pu-
 blici, sancti, multisque seculis recepti ritus refigi, reuocari
 debeant? Si quid ob necessariam aliquam causam, miran-
 dum videatur, vt hoc vniuersaliter fiat oportet: & vniuersa
 thoritate fiat, cui à Christo totius ouilis sui gubernandi ca-
 ra, & regedi officium commissum est. Cui dictum à Christo
 vt quodcũque in vniuerso suo regno hic super terram liget,
 refingeret, obligaret aut solueret, hoc ipsum ira fixum, im-
 fixum, obligatum, solutumque coram deo habitum iri in oue-
 lis. Quid ergo nos partes alienas inuadimus? Si Petro, & eius
 locum in ecclesia tenent, data est pascendi, regendi
 ouilis, atque ouium Christi authoritas, intelligere debent
 eius se ouilis volunt esse participes obediendi rectori & pa-
 stori eiusdem, sibi necessitatem esse impositam. Adversus
 quem qui insurgunt tam contumaciter, euidenter demon-
 strant ad ouile Christi se non pertinere.

Nullus est locus aduersus predicta Lutheri illi cauillo, qui
 in suis assertionibus vtitur, & irrefragabilia argumenta
 in suis assertionibus vtitur, & irrefragabilia argumenta

*Lutherani
 cauilli re-
 morio.*

Nec quisquam, inquit, cauillis eorum moueatur, qui
 xiunt sub pane omnia accipi. Christus enim sciebat, sub pa-

omnia accipi, nihilominus tamen vinum instituit.

Sed non cavillamur Luthere, imò verba sobrietatis loquimur. Sciebat Christus (quod nobiscum confiteris) sub pane omnia accipi Non carnem solam sine sanguine, sed illam viam & viuificam, de qua Ioannes. Et verbum caro factum est: totum, inquam, integrumque ipsum Christum. Haud tamen frustra ipsum instituisse credimus, etiam vini speciem, atque usum calicis. Sed duobus modis, ex doctrina orthodoxorum patrum, consideramus sacramentum hoc diuinissimum & ineffabile: nempe, ut rationem habes panis illius viui & viuifici, quò modo etià nobis viaticū dicitur. Et ut oblationem illius agni immaculati pro mundi salute in ara crucis referens: utque oblatio illa mundæ eius salutarisque hostiæ à nobis reiteratur in hoc mysterio. Primo modo, ut à specie panis illud ipsum sufficientissime significatur, ita integra eius æmulo & efficacia sub eadem exhibetur fidelibus. Secundo modo, utranque requirit speciem: ita enim refert illam hostiam, ut in ara crucis oblata est. In qua, in remissionē peccatorum nostrorum, vniuersus eius sanguis effusus est, & separatus à corpore. Quare alia illic corporis, alia sanguinis figura est: quanuis sub vtraque, totus integerque Christus.

Sed cum sacerdotum, non Laici populi sit, sacrificare & offerre illam hostiam, quæ semel in ara crucis pro nobis oblata est. Ad eosdem quoque, quando hoc faciunt, & hostiam illam nobis referunt, vtriusque speciei vsus necessario pertinet. Ut vero à Christi fidelibus inde quaritur fructus spiritualis ælemonix, quaritur vita, atque illi vitæ incorporatio, atque per eandem, cum deo vnio, tantum iisdem præstatur ab illa carne verbo, sub vnius panis specie, quantum præstaretur sub vtraque. Hic est Luthere ratio, cur sciens Christum sub alterutra specie tantū sumi, quantum sub vtraque, vtraque nihilominus instituerit. Quam si nobiscū humiliter

De vsu ecclesie græcæ communicandi sub vtraque specie, quem

curiales discere, & sequi in catholica Christi ecclesia, careamus his turbis, his controuersis, pugnis, & tumultibus. Quod Græcam hic ecclesiam proferunt, etiamnum perseverantem in ritu, ut dicunt, primitiux ecclesie comunicandi sub vtraque specie. Quid aliud agunt, quàm ut monstrent nobis Christum in deserto, in angulis & penetralibus: & abducant, extra Christū ecclesiam, quæ Petri auctoritatem recogit, & sequitur. In qua vna inueniri veritatem, inueniri

DE COM. SVB VTRAQVE SPECIE

Christum & salutem, supra demonstrauimus.

Quoniam non damnemus ritum in hac re Græcicæ ecclesiæ, intelligentes nec hunc, nec illum, Christi præceptum exigi: cum videamus vtrunque, diuersis temporibus vinitum fuisse in ecclesiâ. Constat sanè B. Leonem etiam præcepto, aut edicto exegisse, populi communionem sub vtraque specie in Romana ecclesiâ, ad confundendam Manichæorum insaniam. Quorum suo tempore etiam Romæ apud plerosque repullulascere cœpit impietas, affirmatum Christum venisse ad nos, non in vero, sed in phâstico, & exan- gui corpore: nec passum vere, nec resurrexisse à mortuis. Proinde & dominicū corpus sub panis tantum specie sumebant, abstinentes à calice: quòd ex angue eius corpus fuisse, atque esse crederent. Quare sanctus Pontifex in reprobationem pestilētissimi erroris, præcepit populi communicare sub vtraque specie. Quod tamen vt faceret qui non fuisset, si eatenus ita recepta, vt ex Christi institutio- cessaria, fuisset communio populi sub vtraque specie.

At post cessante ea causa imò quas supra commemoramus vrgentibus causis cōtrariis, communio calicis, quod ad Laicos pertinet, racito quodam Christi fidelium, & ecclēsiæ præpositorum consensu, est abolita: & multis seculis vniuersa communio sub panis tantum specie.

De azymo & fermentato.

Quemadmodum & azimi, & fermentati panis qui cōsecraretur, fuit obseruationis diuersitas. Nam quòd Christus nouissima illa sua cœna cōsecrauerit in pane, non fermentato, sed azymo: quippe, prima die azymorum, post esum agnæ galis ac typici, quando sub grauisima internecionis pœne reperiri non licebat fermentatum in vniuersis domibus Iudeorum Israël, atque ita ab initio, Christi imitata exemplum, obseruari illa primitiua & apostolica ecclesiâ, planè indubitatum est. Quia tamen aliquatò post, aperta iam luce veteris euangelicæ diffusæ in orbem, abolèdo in vniuersum Iudaismo, qui ab initio, lucrâdis Christo Iudæis, & oculi eius mortali successoribus, eorum toto studio incūberent, quòd etiam in illo ipso azymo, Iudaizâtes quidam, imaginarentur, quòdam Iudaicum: quo etiam hoc ipsum euelleret, ecclesiæ decreto introductum est, vt vbiq; cōsecraretur in fermentato, non in azymo, sanè intelligentibus iisdem sanctis pan-

bus, Christi exemplū non induxissē obligatōnem, vt sic per-
 petuo fieret: quāuis azymum, quā fermentatum, signifi-
 cantia & mysterio magis cōgruat. At cessante illa causa, ob
 quā primitiuus ille ritus immutatus fuerat, Romana, & cū
 ea vniuersa occidentis, miridici, & septentrionis ecclesia, ad
 eūdem, vt Christi exemplo cōformē, & mysterio cōgruen-
 tiorē reuerfa est. Græcanica vero ecclesia iam semel rece-
 ptum fermenti vsū mordicus retinuit: singularitatis nota-
 blem se, vt in aliis plerisque faciēs. Quod ipsum singularita-
 tis studiū, postquam se tandē diuisit à Romana ecclesia, etiā
 in hereticam impietatem (vt sunt indiuiduæ sorores schisma
 & heresis) facile transformatum est: vt qui abominationē,
 non consecrationem affirmarunt deinceps, quæ sit à nobis
 in azymo. Quo vbique cōproberetur infallibilis illius Christi
 promissionis veritas. Qua, vt pollicetur aduersus ecclesiam
 in ædificatam illi Cephæ ac lapidi, quæ Petri (quem Christus
 in oculis pastorem, & rectorem constituit) auctoritatem, ac
 magisterium agnoscit & sequitur, nō præualituras inferorū
 portas: quos infidelitātū, hæreses, & orthodoxæ fidei cōtra-
 rios errores alibi offendimus: ita innuit, nec obscure signifi-
 cat, diuisas ab eodē illo saxo & lapide, & quæ cōmuniōe, atq;
 obedientia non cōiunguntur ecclesiasticæ hierarchiæ rectori
 ac præfidi, mox tradi potestati satanæ: & in ipsas mox præ-
 ualere easdē illas inferorū portas, quas diximus, hoc est fidei
 errores, & hæreses, quas ingressus, omni spe salutis excluditur.
 Quare, quisquis, aut hac in re, aut quacunque alia, Græ-
 tam se qui mauult, quam Romanam, & vniuersam occidentem
 ecclesiam, quæ illi in orthodoxa, & catholica fide coniungi-
 tur, mauult: Christum contra Christum in deserto quærere,
 in angulis, & penetrabilibus, quā in illo corpore ecclesiasticæ
 domus, & ædificij illi Cephæ inædificati, certo inuenire, Sed
 nihil ita quærendo, quā portas inferorum, damnationem
 & interitum inueniet.
 Restat adhuc Husii illius, quod ex Christi verbis apud Ioā
 nē supra inductū est, argumētum soluere. Quo, tam etsi ad-
 versarij nos nō perurgeat, vt qui nolūt locū illū vniuersum,
 quicquā pertinere ad Euchastiam, aduersus orthodoxorū
 patrum, & clarissimā verborum Christi sententiā. Quia ta-
 men vnum hoc, maximi apud Boemos momenti est, atque
 etiam aliis fuit erroris occasio, necessario pertractādum est.

*Græca ec-
 clesia sin-
 gularitatis
 studio sem-
 per nota-
 bilis.*

*Vt nunc
 etiam hæ-
 retica im-
 pietate ex-
 cretur a-
 zymum.*

*Qui Græ-
 cam quam
 Romanam
 & illi con-*

*sentientem
 vniuersam
 mauult se-
 qui eccle-
 siam, is ma-
 uult chri-
 stum in de-
 serto, &*

*in anglis
 frustra
 quærere,
 quā in il-
 lo corpore
 certo in-
 uenire, ad*

quod con-
gregantur
aquila.
Ad argu-
mentum Io-
Husi, ex
verbis
Christi a-
pud Ioan-
nem. Nisi
mandu- &
biberitis
etc.

Vetus hæc fuit Armeniorum, atque etiam aliorum quorundam hinc ducta, quamvis non sana sententia, ut assereret, æque communionem sub vtraque specie, ac baptismi sacramentum, omnibus ad salutem necessariam. Proinde & mox baptizatos, quamvis vsu rationis carerent, infantes, atque etiam amentes, altaris sacramento reficiebant. Quem morem diu durasse in primitiua ecclesia, B. Dionysij, Cypriani, & Augustini scriptorū monumenta cōprobant. Sed hanc sententiam, evidens ratio, & apostolica sententia redarguit. Nam quod Christus, qui omnes vult saluos fieri, quicquam constituit ad salutē profusū necessarium, nisi, quod nō difficulter potest exhiberi omnibus, nulla ratio admittit. At eiusmodi est, vnicum baptismi sacramentum, quod facile exhiberi potest hanc lucem editis quibuslibet, quamvis infantibus, atque etiam ter mente captis, atque vsu rationis carentibus; non verō corporis, & sanguinis sumptio, sub speciebus panis & vini Euchiristia. Quæ ut edantur & bibantur ab infantibus, nondum assuetis solido cibo & potu, imo quibus ingeri nihil potest quàm lac ex matris vberibus, profusū fieri non potest: sed nec stultis, & mente captis, nisi persuasis, quod non semper posset fieri. Non est ergo instituta à Christo, ut omnibus ad salutem necessaria.

Rationi huic subscribit sententia apostolica, & diuersam sententiam euidenter redarguit. Siquidem sumi ille nō vult, nisi ab his, qui se ante probauerint. Quod facere nō possunt, nisi quibus est rationis vsus: & iudicium: alioqui indignum sibi affirmat, & ad iudicium: nec deesse diuinam vltionem in hac etiam vita, aliter sumentibus. Probet autem seipsum, inquit, homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicās corpus domini. Ideo, & inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.

Quæ catholica Christi ecclesia, verā germanamq; Christiani assecuta sententiam, ut dicta eius verba. Nisi manducatis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, non dici omnibus intelligit: sed hinc & diiudicare ac discernere, à cōmuni & profano, cibum solum sacrum, & mysticum: & propterea eorū damnat sententiam, qui ex eisdem Christi verbis volunt omnibus ad salutem

necessarium, manducare carnem filij hominis, & eius sanguinem bibere: æque vt renasci ex aqua & spiritu. Ita credit suos filios, sub panis tantum specie sacrosanctum illud, & viuificum Christi corpus fideliter sumentes, non fore expertes illius vitæ, quam idem ille, negat habituros eos, qui & carnem ipsius non manducauerint, & non biberint sanguinem. Vt, quæ, sãne intelligit, carnem illam quæ exhibetur sub panis specie, nõ esse carnem exanguem & mortuam: sed viuam, atq; etiam viuificam: illam inquam, de qua ille tonitruo filius. Et verbum caro factum est: nempe totum integrumq; Christũ. Id quod ipse nobis Christus clarissimis verbis affirmat. Nam qui dicit, Panis quem ego dabo vobis caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita: Idem ipse affirmat se esse illum panem, quem carnem suam dixerat: vt quiuis intelligat, de carne verè ipsius, sua verba intelligere Ego, inquit, sum panis vitæ, & qui manducat me, viuere propter me: Totus itaque Christus sumitur, & manducatur sub vna panis specie in Eucharistia. Is ille panis, æque sitim vt esuriens sedat: proinde & cibus, & potus est: quando sumitur, & caro manducatur, & sanguis bibit. Ego, inquit, sum panis vitæ. Qui venit ad me, nõ esuriens: qui credit in me, non sitiet in æternum. Qui venit ad me qui meæ mensæ participat quæ ego meis exhibeo, hoc est (vt ipse dixit & continuo repetit) qui me manducauerit, nõ esuriens. Quomodo autem venire ad ipsum oporteat, & ad sacramentam illam mensam accedere, nempe ex fide sincera & integra, apertius explicans. Qui credit, inquit, in me, non sitiet. Nam siemiter credendo, & ante etiam discussa probataque, iuxta apostoli doctrinam, conscientia, oportet ad illum accedere: in illo pane accepturi, æque sitis, vt famis remediũ. Qui credit in illum, & panem illũ edit, nec esuriet nec sitiet in æternum: nullo proinde poculo opus habet amplius. Sic autem loquitur, vt rerum sensibilibus quadam figura ac metapora viuifici huius mysterij latentem nobis vim explicet. Nam famis & sitis, resolutionem, & vt sic dixerim corruptionem continuam nostrorum corporum, velut symphomata quedam, consequuntur. Quum enim quodlibet animal peritum dissipetur in ambientem aërem, principio partes cuti subditæ inanes red duntur. At nativa harum facultas est (quæ modo est demonstratum à medicis) vt nutrimentum ex

Vt sub panis specie corpus Christi sumatur, & sanguis.

vicinis partibus (quo rursus impleatur id quod resolutione inane factum est) ad sese alliciant: quod & ille ex sibi
 faciunt: breuiter, vniuersa ex proxima quaque parte factio-
 le tractatu, perinde quasi in choro aliquo, donec ad ventri-
 lū producta venae inanes euadant, quae ex ventriculo nutrimen-
 tum ad se cōsueuerūt euellere, velut stirpiū radices in terram
 demissa, quae plantis ventriculi vice est. Quae animalibus, pro-
 te terrae non adherētibus, velut nutrimenti propriariū quā-
 dam necessario habet natura: insuper & facultatem addi-
 dit, quae suā sentiret penuriā: quo animalia ad cibum potius

Fames & sitis in nobis ut fiat. incitata, non deficerent. Nam cū venae illae ex ventriculo tra-
 hunt, velut mulgentes sugentēque, ventriculus eiusmodi
 ctionem non ferens, sed tanquam diuisus, huius molestatione
 mediū, cibum, potūmq; exquirat: quo & ipse eiusmodi mo-
 stia liber sit, & restituēdis, quae resoluta sunt, ex corporis
 tibus alimentum sufficiat. Hic ventriculi sensus, haec appē-
 tia, & fames, & sitis est, quae consequuntur, vt iam explicau-
 mus, resolutionem, & corruptionem continuam totius cor-
 poris. Quae si tolleretur, atque incorruptibilia nobis corpo-
 ra fierent, nec fami, nec siti locus foret reliquus.

*Vt manduca-
 carā ex fi-
 de Christi
 caro, & sa-
 mē & si-
 tim exclu-
 dat.* Hoc est ergo quod dicit Christus: Ego sum panis vitae, qui
 venit ad me, non esuriet: qui credit in me, non sitiet in eternum.
 Quod videlicet, panis ille, ipsum manducantibus ex fide, non
 confert incorruptibilem. Id quod continuo absq; eiusmodi
 circumlocutione, aut metaphora, clare explicat dicens: Ego
 sum panis vitae, si quis manducauerit ex hoc pane vivet in
 aeternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est, quam dabo
 pro mundi vita. Bis dedit eam carnem, primū in cena discipu-
 lulis, cū dixit: Accipite, & manducate, hoc est corpus meum.
 secundo in ara crucis pro mundi vita. Quod si manducata, vt
 oportet, caro Christi, praestat vitam immortalem atque in-
 corruptibilem, & famem, & sitim excludit: & qui carnem illam
 manducat, is & sanguinem bibisse intelligendus est, nisi dicitur
 ex Christi velis Christum contrarium. Nam qui ex fide manducatur
 verbis conturbatur ex illo pane, carne sua, pollicetur uitam, eodem loco, pro-
 uincitur in gat illam contingere, nisi etiam bibentibus suum sanguinem
 telligi et. Ergo illum panem edens, intelligendus est etiam bibisse car-
 iam b. b. b. sanguinem, Et haec de controuersia, quae inter aduersarios
 eius san- nos est, de, communionem sub vtraque, aut altera specie, sitim
 guinem. mihi superque dicta videntur.